

ACTA GENERALIS OCTAVAE SYNODI

Etas tamen doctores syllogismis, inductionibus, exemplis, quo quis deniq; argumento genere demonstrare, ac explicare solent, propterea tamen nemo proferret scientia eorum diuersam esse. T' estis est Aristoteles in suis posterioribus analyticis. Siquidem igitur & ipsi principiis theologicisq; dignitates habemus, quibus in ratione diuina innitimus, atq; credimus, ex his procul dubio demonstrare poterimus, sanctum spiritum ex filioq; procedere. Id ergo, quod Romana ecclesia profitetur, patet additione non esse. Amplius ostendere possumus, additiones h'mōi possē fieri. Nam Paulus inquit: Vnus dñs, vna fides, vnum baptismus, vnum deus & pater omniū. Ergo & vna ecclesia. Vtrū aut & vna dignitas, an non sed de hoc alias. Eadem igitur ecclesia diuersis temporibus, ac virgente necessitate, accessiones facere poterat. Quae quidē facultas nunquā poterit auferri. Non eter em seruator inquit. Ecce ego vobis sc̄um sum omnibus diebus vñq; ad consummationem seculi. Quae quidē oratio nequaq; significat, vt deus nobiscum simpliciter sit, ac nos simpliciter regat. Sic em̄ lapidibus & plantis, ac omnibus animatibus semper inest, ac simpliciter ipsa gubernat, verū semper nobiscum creditur ēē, nos sua gratia vnaq; religione ac fide cōiungēdo, qd̄ procul dubio in h's mēbris videre nō est, q̄ diuerſa fide le iuncta sunt, libera igitur ecclesia videtur esse. Præterea, si vestra opinio vera esset, magnum discrimen incurrerent Christiani, ac magnum in cōmodum ipsiis accidere facile posset. Nam si aliquādo emeriserit haeresis, ecclesia se se non posset ei opponere. Secundum tamen concilium accessionem facere cœpit, hanc exultationem afferendo, vt si fieri posset, firmam & illæsam ecclesiam semper esse, sane nulla esset opus additione. Sed quoniam quandoq; videtur periclitari, idcirco necesse erat accessionem ad Nicenū symbolum facere, ut ipsi quoq; asservimus Romanæ ecclesiae contigisse. At ei fuerat in terdictum, hoc equidem ostendatis velim, cum a maioribus nostris nīl aliud prohibitiū fuisse constet, q̄ vt nemini licet diuerſam fidē proferre, aut componere, literisve mā dare, vt in Ephesini cōcilij actis (vt bene nostis) videtur, quod cæteræ quoq; synodi cōfiantes, simili modo prohibuerunt, sanctijs doctores qui de syllabis & dictiōibus priuatim fecerant mentionem, ad illud idem concilium le retulerunt. Postiores denique oēs iphius tertij concilij prohibitionē eadē ratiōne suscepserant, ne cui diuino symbolo diuerſas dictiones aliam fidē significantes, licet apponere. Necesse est igitur, verba oia, adeundē sensum referri, eosq; q̄ syllabarū & dictiōnū meminerant, idē intellexisse, vt hæ dictiones essent fugiendæ, que diuerſam fidē significaret. Quemadmodū em̄ diuersus a nostra religione Iesus vehementer est enciendus, ita etiam verba fidem aliam significantia refellenda sunt. Patet igitur, prohibitionem ipsam neutiquā contra nos facere, quodq; vos additionem, nos vero declarationem appellamus, id rem vnam eandem fidē significare, & ad eandem spectare, vnde liquet nos nequaq; esse sub anathemate. Alia quoq; præstantissimi patres, ad hanc rem plurimum pertinetia dicere posse mus, quæ ex quarti cōciliij actis collegimus, verum opportunū est vt surgamus. Tuna synodus decreuit, vt ad diem proximi sabbati festio prorogaretur.

¶ Die sabbati, xxv. octobris, septima sessio Ferarizæ.

Andr. **T**va venia & gratia, pater beatissime, necnō mitissimi Imperatoris ac sanctissimi patriarchæ iussu, orationē nostrā, quā proxima sessione habuimus, prosequemur. Qua quidē oratiōe duo credimus oñdiss., spiritum ex filioq; procedere, quemadmodū Romana ecclesia profitetur, additione nō esse, ac nūq; interdictum fuisse, quo minus accessiones huiusmodi ab ecclesia fierēt. Reliquum autē nobis erat duo alia demonstrare, quæ tunc probare promisimus, additionem ipsam valde conuenientem, nedū verā esse, ac plurimū oportere, vt a Christianis omnibus excolas tur. Et si sanctissimus ac summus pontifex, ac hi præstantissimi patres vnum tantū sufficeret, vt demonstraremus accessionem ipsam verā & congruā esse. Veritas em̄ ppendēda est. Quādoquidem ipsa cognita, eius cōtraria facilissime dissoluunt, vt Aristoteles nō testat, quia oia vero cōsonat, falsū aut (inqt) cito dissonat vñ. Conuenientē igit̄ esset ipsius augmenti veritatem oñdere, q̄ eo modo facilius vobis suaderetis, id Romanae ecclesiae dubio procul facere licuisse, ad quod qđem probandum, cū publicis & priuatis oratiōibus, tum certis libellis nos sc̄e penuero provocatis, ea præfertim ofone, quæ pater Ephesius ex nobis quæsuerit, cur Romana ecclesia accessionem ad symbolum fecerit. His ergo patribus gratissimum fieret, si veritas hęc elucesceret. Nanc̄ cum in dubiū vocari